

l. florus
Dialogus luciani cum recommendacione
hemi francisci petrarche
Dialogus luciani q[ui] inscribitur Charon
Judicium iouis de montefort et
Historia occisorum in Culm
Oracio marci tullij ciceronis
pro marco marcello ad p. c.
Oracio invectiva contra catilinam
Basilius magnus
Expl[icit] magni Turci
Latinum ydeoma pro religiosis
Elegancie latinitatis nigri p[er]
ma[n]ia[m] tu[m] no[n] epistolarum
Expl[icit] nigri manus

L. Annei flori Epithoma hoc emendatum
fridianus pighinutius lucensis Et Joannes Wit-
tigis ere primendum curaverunt. Quod
arte sua Conradus gallicus In oppido lip
tzensi perficit xii. Calend. Junii Anno
salutis M°. CCCC°. lxxxseptimo 1487

[redacted]

Audi. Ju. U. n.
Univer
tato:

Iustins libelli est possessor nicolaus dumpkowsky et est emptus pro novem grossos.

Apud magistrum [illegible]

Jhus Maria Anna

6

Historia occisorum in Culm. tum aliorū hominum: tum maxime vir ginum per Magistrum paulū Nia uem in latinum conuersa



Paulus Niavis arcium Magister Honorando viro wilhelmo.N. de Egra optimarum arciuz magistro Canonicoqz in Friberga Domino et fautori suo plurimū colendo Salutem plurimam dicit.

Quantam vtilitatem / aut res gesta in se habeat. aut ea que ficta est / rei geste psimilis / ex eo id plane sciri potest! q summi autores: summisqz ingenijs prediti in suis libris plerūqz ipsius meminerint. siue philosophiam illam tradunt / que a reconditis quibusdam nature venis excipitur: siue istam ipsaz que in medio collocata / in hominum moribus: vitaqz versatur / historijs miscent: aut certe fabulis / delectacionem pre se ferētib⁹. eiusmodi est platonis conuiuiū: thimeusqz: ac vrbs illa / quam in republica condiderat. eiusdem ad hoc epistolare proxime accidit. addo Ciceronis oratorez: leliumqz: et chatonem sapientem. et illa vetera / que docuerat de arte dicendi precepta! que rerum gestarum tradicionibus sunt: fictionib⁹qz referta. ea quoqz illa doctissimorū scriptorum vestigia secuti / francisc⁹ petracha: leonhardus de arecio! qui fabulas amenas / de vulgari in latinum trāstulerunt. qua hominibus fructum quendam: splendoreqz latinitati afferrent. moti sumus eorum ratione: et argumentum putauimus vehemens / ad ea perscribenda / que a nostris senioribus vel vt gesta recitantur: vel que gestis modo aliquo paria videntur Itaqz cum sepissime hanc seu historiam: seu fabulam a progenitoribus meis audiueraz. qui se a suis percepisse dixerunt! Culm nemus quoddam: et latronibus occupatū fuisse: ac eciam cum in ipsa multa ponerentur / ob rei magnitudinez admiracione digna. cen

ſcbam haud inutile pro ingenij viribus in latinam transſferrez vt id quod popularibus iocundum eſt nobis foret ampliorem vel legendi concitacionem: vel audiendi allaturum. in promptu eſt / non eque omnium ingenia in hauriendis doctrinis: artibuſcꝫ eſſe inſtituta Jter quocꝫ aliud: alij preſtitit natura. hic enim ad precepta que quandam / et illacionem in ſe continent: et a cognitis raciocinacionē ad abdita propenſus. ille vero autoritatibus gaudet: et eorum virorum quos omne ſeculum / inſignes: celebreſcꝫ predicat. poſtremo magna copia eſt: hominūcꝫ multitudo in hiſtorijs fabuliſcꝫ ſe oblectans: e quib⁹ plurimū ꝓfectus ſumi poteſt. clara voce maiores noſtri depromſere / ſine reb⁹ geſtis: ac fictis / veluti teſtimoniorū loco / a ſapientiſſimis viris quencꝫ puerum eſſe: minuſcꝫ ingerendis negocijs inſtructum Ceterum geſtum quoddaz ſit: an excogitatum id vnum / tue amplitudini vir omnium preſtantiſſime relinquo Namcꝫ idem locus natiuitatis vtriſcꝫ nobis eſt. quaſobres non dubito / quin tu ſepenumero quemadmodum et ego ea dici vulgocꝫ recitari in patria audiuiſti. bene autem tranſ lata ſit necne: et eo pacto quo egre in apertum ſepe et prolata eſt: et profertur ſepi⁹ dignitati tue: prudencieꝫ / vt equo iudici relinquo. Vale.)

Ocus nemorosius fuit / in quo fere omnium latroci nanciũ latebre sunt existimate. in cuius medio mõs est / eminenti altitudine ceteros superans. vsqꝫ adeo forte eleuatus / vt egrensiuz omnis ab eo: pars mag- na cubitensium videtur. ab egra nempe asperior ipse aggrediẽ tibus. leuius cubitensibus iter ministrat. lignea in culmine ip sius ecclesia constructa. nomenqꝫ eius / vt ipsi prope habitan tes. Culm ita quoqꝫ et nos appellamus. a qua tunc ecclesia haud quidem remote erant montifodine quedã. in quibus ꝑ fecto elapsis temporibus / aut aurum est: aut argentum: aut aliud metallum quesituz. ac temporis tractu eiusdemqꝫ suc- cessiõe arboribus rubisqꝫ crescentibus / vt in vastis semper fit atqꝫ maximis nemoribus / erifodine tegebanĩ adeo / vt pau- cis fuerunt vel accolis cognite. quod latrones sencientes non nulli! quoruz improbitas omni plena calliditate / multa in cõ munem hominum pernicien excogitat / speluncas veluti habi taciones quasdam construxere! in quibus ipsi et laterent: et colligerẽt spolia: ⁊ varia de ꝑtereunciũ incomodis (quo pacto eis inferrẽt) plane tractarẽt tot eniͫ ipsoꝝ: tantaqꝫ demũ perni ciosoꝝ multitudo congregata: vt dictu mirabile est: atqꝫ incre dibile auditu. sentina fuerat ad quaz flagiciosissimus quisqꝫ confugerat. ac eo ventum postremo vt nemini / vel introeun di ad bohemiam tuta erat: vel exeundi ad egrã facultas. ac ne ambulantes quidem solum rebus priuabant: verumeciã scho lares virgines sacerdotes grauidas mulieres necabant. nul- lius miserti: nemini pepercerunt. sine discrimine etatis et sex us arreptos iugulabant. atqꝫ eam inter se firmarunt conivra- cionem ne quis eorum parentem haberet eximium! quin vlti ma necis eũdem condicione afficeret. preterea quotidie et mer catores explorabant / et eos qui victum: reiqꝫ familiaris splen dorem in alienis regionibus querebant. quibus captis occisis qꝫ corpora eorum exutis vestibus in derelictas illas: desertasqꝫ foueas proiecerunt. tandẽ vero multis interfectis varia in po

pulo: creuit ac multiplex opinio. cum ceteris in opidis: tum
maixme illa iam egre exorta. quādoquidē vxorem alius: alius
fratrem: et item liberos: cognatosq̨ alius amisit. ceterum ex
his nullus qui aliquid de amissis preter coniecturaʒ dicere po-
tuisset. nec sensa quoq̨ vestigia extabant: nec signum aliq̄d
indicij patrati facinoris / vnde iudicium quisq̨: aut existima
cionem caperet. mulieres fore a quibusdaʒ abductas aliqui au
tumabant. eas presertim quarum fama libidine polluta tum
suos secutas amatos putabantur. at de viris illis quorum for-
tuna ab inopia depressa huiuscemodi nascebatur opinio. eos
euasisse propter es alienuʒ quod dissoluere nequierant: aut cō
tracta debita / quibus aggrauati creditores extimescebāt. ve
rum de illis rumor fuit alius qui diuicijs affluebant: et quoꝝ
vita nulla fuerat prauitatis suspicōne inquinata. quos in ma
nus impiorum incidisse nemo dubitabat. illorum vero sic cre
dencium / sola recta: atq̨ vera extitit existimacō. quibus plu
rimum diuulgatis / senatus vocauit artificum precipuos /
quibus in reliquo populo maior erat autoritas / que apud eos
consuetudo / et est: et obseruatur / siquando de rebus arduis
difficultatemq̨ pre se ferentibus decernere volunt Et quamq̨
eorum quidam suos abiuisse arbitrarentur debitores / vt nō
prosoluendis pecunijs astringerentur. vicit tamē sanior pars
senatus et potissimū persuadens in eandem fere et inopes: for
Fama quam ce[illegible] famat et diff[illegible] [illegible] non est esse in toto fals[a]
tunaʒ: et opulenciores incidisse. atq̨ eos quasi vaticinio quo
dam / aut captos: aut occisos a latrocinātibus predicabant.
Iniuria est dixerunt illi optimi consules / tantā his ꝑuersita
tem viris ascribere. qui multis annis virtutibus: et a pueris
quoq̨ inuigilarūt. qui rempublicā auxerūt: legesq̨ et maioꝝ
instituta / ad bene beateq̨ viuendū reperta / nō obseruarunt
modo sed eciā velut deū quendaʒ e celo demissum coluerūt. et
summo studio quasq̨ vite raciones ꝑsecuti / que reddere pos-
sent eosdē honestiores Neq̨ em̄ pauptas illos quidē ip̄os coge
re potuisset / qui magistratu aliquo prediti / in suis ꝑfectio-

nibus non reuerterentur. quoniam magna pars ciuiuz in hoc numero eſt / qui agros predia domꝰ / plura fortune bone vna cum diuicijs poſſidebant. hec eadez dicenda ſunt et de mulieri bus ꝙ eam ipi quaz viri ſortē ſunt paſſe. hecqꝫ illa nos arbitra mur de ceteris qui paupes fuerūt: atqꝫ inopes. et quos minu- ta ſuppellex nūdinas inuiſere oraſqꝫ longinquas ꝑpulerit. tuz interambulandū a raptoribus extincti. qui ſermo in mētibus eorum verum peperit racionez et cuiuſqꝫ duriſſimi animus ad pietatem: cōmiſeracionēqꝫ reuocatus conſulere cepere qua ſo lercia poſſent: quibus medijs occiſores illos a finibus eorū ſu iſqꝫ et ſuorū capitibus amouere. et qua diligencia latibola ipa quibus abſconderent̄ poſſent ꝑſcrutari. placuit vt om̄es voca rentur / quibus ſtrāgulati rebant̄ vel vxores. vel liberi vel eciā ſanguine ꝓpinqui. vt exponerēt eorū in quibꝰ verſari negocia an quopiam modo aliquam ſuſcipere valerent aut viam: aut manuductionē qua illi pernicioſi arriperentur. vocati fere om nes / vno ore et vrbez incolentes dicebant / et in rure degentes. quod ſue exiuiſſent reifamiliaris cauſa mercaturā tractātes / vel que manibus fiunt artificioſa opa venundarēt Illis autē omnibꝰ auditis ſenſerūt abditas eſſe in Culm latrones: ac in his vaſtitatibus ex magna parte attingētibus nemus ꝙ bohe micale nūccupamꝰ ſed ꝓpter ipſius latitudinē / et in eo eminē- cia ꝑicula ꝓpe nullis erat cognitū / niſi forſitā ad bohemiam ducēs frequētatū iter. magna cura rez illā ſenatꝰ varijſqꝫ mōis tractabat / vt ſiccarijs illis obuiaret: vtqꝫ a cernicibꝰ eoꝝ ferrū hoc pene iā ineuitabile ꝓpulſaret. miſſi ſūt armigeri: illiqꝫ eci am quos vulgꝰ vrbis vocitat ſagitarios. deniqꝫ ꝑmulti explo- ratores. a varijs locis nemꝰ ipm ingrediētes: querēteſqꝫ crude- les hoſtes hūani generis. verū in caſſuz fluxerat omīs labor. at qꝫ omnium intentiſſimi conatus. quodqꝫ tectum extiterit ſpe cus denſis arbuſtis: denſiſqꝫ vepribꝰ Neqꝫ in his locis vbi tor pebant immaniſſimi ambulare quis potuit ꝓpter aggeres al- tiſſimis partim abietibꝰ veſtitos lumē ipm clarumqꝫ diem re mouētibꝰ / partim vero ſentes obſtaculo fuerunt ne videren-

tur antra quondam subfossa factaqz metalli gracia. timuit re
uera fortissimus quisqz omniumqz audacissimus / locuz illum
videre ne dum adire / qm̄obrem intencione frustrati sine fructu:
sineqz vtilitate vnde venerant regressi sunt. alius postea nasce
batur error in populo / qui similis quodammodo est: atqz
equalis reputatus. aut plagam esse dei quādam / peccatis me
ritam / aut monstrū aliquod immane siciens humanuz san=
guinem! quod eos deuorasset Cuz vero diuersa hocmodo in
ter homines oriretur opinio / flagiciosi illi alias versicias cal=
liditateqz excogitabāt. vtpote / qualiter possent virgines di
ciores / et in vrbe: et in rure blandicijs eorum persuase abdu=
cere. ac eas demum abductas veluti pecora mactarent. quod
quidem horribile auditu: atqz inhumanum: tamen vt eoruz
vita sceleribus plena / ita eorum solacia et horrenda fuerūt: et
deterrima Juniores igitur ex latronibus / etatis adhuc decus
et florem habentes adolescencie / in villas ipsi festiuioribus
diebus descenderūt. in quibus de more: ac consuetudine ado
lescentes congregabantur: virginesqz vt coreas: ac ludos quos
dam iuueniles celebrarent Jllis se hominum pernicies associa
uit et magnam cum omnibus / tum verborum facecijs tum li
beralitate familiaritatē cōtraxerunt. munuscula dantes puel=
lis! quibus fragile hoc: molleqz hominum genus facile deci=
pitur. postea vero omium virginum vsqz adeo noticiaz habu
erunt / vt scirent que illarū dicioribus parentibus orta. et que
humilioribus. his illi se applicabant quarum suppellex splen
dida erat: atqz copiosa. tandem amoris meminerint: ac flam
me ipsius / qua succensi / supra qm̄ credi posset arderent. ro=
gabant matrimonium: precesqz multiplicabant vt petita asse
querētur nec se vel in die posse quiescere: vel in nocte asserebāt.
quod profecto puellis fere omnibus gratum est dum concupis
cencia vim suam: et importunitatem immittit Et quamqm̄
primum pudicicie causa (maximuz in hoc sexu decus) repug
nabant / iterum tamen: atqz iterum verbis illorum blandicijs

q; tentate ad assenciendu; inducebant maxime ex eo quia Lo-
cupletes sese nobilesq; esse affirmabant. et in omnibus prouisi
que / vel ad honestatem rei familiaris spectarent. vel ad vi-
te sustentacionem. ac plura ritu eoru; protulerunt verba / qui
amoris pugnam ingrediuntur. atq; eciam ꝙ illas vehemenci⁹
mouit filios se vnicos paterne hereditatis iactabant. spopon
deruntq; insuper / easde; ducturos in proprias edes: prope di-
xerim in arces / vbi omnium rerum affluencia: copiaq; reperi
retur. simulq; per vniuersum vite spacium faustos dies: et fe-
lices agere. pollicebantur si suos parentes relinquerent eos se-
quendo velle quouis procul dubio efficere / vt ex rusticis. aut
ciues fierent: aut de nobilium grege reputarentur his: ac hu-
iusmodi sermonibus eas lactabant non secus ac si quispiam a-
quatica inescaret: aut certe auceps dum suaui melodia auicu-
lam decipit / in reciaq; incidere inducit. nouissime suaserunt
parentum colligerent clinodia: et siqua ad ornatum humanū
et decenciā spectancia vt sunt vestes preciose annuli: torques
vniones smaragdi serta argentea / omniaq; que ex auro con-
fecta sunt et splendorem bonitatis pre se agerent. eo quidē pre
textu id forte fieret / ne dum ad suos eos et parentes ducerent:
et propinquos humiles reputarentur forte abiectis ex homi-
nibus vel his quoq; / qui pastorale exercent officicium de-
scendisse. credula vero muliebris condicio ipsorum consi-
liis persuasionibusq; secuta. Igitur omnia collegerunt / que
parentes ipsarum: et quidem preciosissima clinodia / in con-
clauibus vel intimis ediū conclusa reconditaq; arbitrabantur
atq; eos sequebantur. nihil suspicantes mali. purum credide
runt verumq; amorem. at cum in aram peruenissent in nemo
re sitam exutis virginibus in camisiam vsq; vltimam / veluti
bestias interfecerunt Illo quoq; durante / vllulatus ingens et
miserabilis in pluribus locis auditus. flere matres vise sunt:
comas euellere: mallas sulcare: tonsis pectoribus manus com
primere ac reuera propemodum insanire. inuocato deo: sanc-

Fistula dulce
~~auceps~~
canit volucrem
dum decipit
auceps

tisq3 omnibus nullum sentire auxilium Neq3 investigare pote
rant aut scire vllo modo / quidnam carū natis accidisset: aut
quam fortune vim: aut fatorum subiuissent Etenim cum ea
sepius in senatu: et apud populum egresem tractarentur / ha
bitis multis et in foro convocacionibus: et pretorio nec vllum
sentirent remedium / novissime processionem quandam sta-
tuerunt / in qua religiosi et devoti vtriusq3 hominu3 sexus ade
rant. Tum monachi flebant: pectora pulsabant sacerdotes:
lacrimas femine profundebāt: plorabant virgines: scholares
magis vllulare quam canere putabantur Cunctus deniq3 cet9
nudis pedibus proficiscens / merorem pre se tulit. luctus om
nium vnus: et eadem tristicia equidem vt rivulus quidā3 / et
eorum qui ceteris animosiores censebantur oculi multoru3 flu
ere: liquoremq3 mittere videbantur. et durissima pectora de-
mulcebantur commiseracione mota. ac illo iam peracto mul-
te missarum celebraciones habite / apud quas omnis hec tur
ba: multitudoq3 mortalium aderat. quisq3 enim summā ostē
dit devocionem: defixo capite in terram deum orabat vt illa3
ab se seu plagam: seu morbum amouere. seu monstrum hoc
sua clemencia monstraretur! cuius sevicia tot homines: crude
litateq3 perirent. quo facto / in propria / mesto corde: animo
turbato distracta racione quilibet reversus. nullum vidisses:
neq3 gaudium: neq3 hilaritatis ꝙ tamen in preclaris vrbibus.
consuetum est solennitate3 exerceri. silebant omnia leticia que
nis extincta. cuiusq3 sagacissimi labor: et cogitacio consiliorū
suorum in eo tantu3 vno versabatur qua solercia posset et qui
bus medijs periculum hoc vite omnium imminens refugere.
paucis postea elapsis diebus casu quodam forte accidit / nobi
lis ille in getzengrum militari gaudens cingulo / in opidum se
cui nomen falkennaw inditum reciperet. nemusq3 illud equi-
tando obambulauit. eaq3 si fuerat a pueris: et a primevis die-
bus devocionis condicio vt quociens phanum aliquod prete

riret in honore: aut virginis glorioſe dedicatuꝫ: aut ſancti ali
cuius / nullo tam arduo prepeditus negocio / quin ingredie=
batur: preceſqꝫ ad ſaluatorez ſuum fundebat: pro anime ipſi⁹
ſalutē huic in falkennaw / ab amiciſſimo quodaz ſibi: et ſum
ma cōiuncta neceſſitudine / alea quedā paruula donodonata
ÿmaginibus ſculpta: gemmiſqꝫ exornata is quoniam in noc=
te rurſus nemora occupauit / in ſpecta ara / memor deuocio=
nis ſue / neqꝫ nox ipſa obſtitit neqꝫ periculuz aliquod in capel
lam ingreſſus. repoſita iuxta ſe alea (quaz antehac forte in ma
nica geſtabat) oracionibus inſudans. quibus perfectis abeū=
do ipſius obliuiſcebatur. qui cum in edes perueniſſet / inter=
cenandum recordatus alee ſue ſed ne facile quidem / ſe colli=
gere poterat vbi: aut in quo loco amiſiſſet. tandē in mentem
venerat in ſedem dum ſuas obtuliſſet oraciones repoſuiſſe.
heus inquit ad famulum qui audacior viſus: forciorqꝫ arbi=
tratus aleam noſti mihi donodonatā eam vero ipſam relique
rim in capella ſecus viam in luco Culm ſitam eo nomine ap=
pellabatur. q̄ ille recuſans / et frigoris magnitudine perterrit⁹
et latronum atrocitate: que circuz circa diuulgata vſqꝫ adeo /
vt accole fere omnes / non modo a luco ipſo: ſed a nomine in
ſuper abhorrebant. atqui ancillam habuit longe omnibus au
daciorem / domine aijt quo certes premio aleaz portabo. Cui
dominus tunicam inquit veſtemue aleam promerebere nouā
e veſtigio hec ſeſe vie expoſuit. quam non frigorum impetus:
diraqꝫ hÿemis atrocitas: non obſcuruz nemus niuoſumqꝫ: nō
rumor ille de latronibus vulgatus impedierunt / forti propo=
ſito: conſtantiqꝫ animo labores ſubiuit ad montes illos et col
les conſcendit ac demum in capellam ipſam introiuit. percon
tanti illi: querentiqꝫ aleam e pernicioſis quidam ingredit̄ puel
lam ſupra qm̄ dici poſſit formoſam adduxit. ambo faſtes / et   Captiuitas
graues portabant / et magnas. Tum flagicioſus ille ad virgi   puelle formo=
nem depone inquit pondus hoc graue eſt / ſatis iam diu labo   ſe.

rasti. Cui respondit hec / mansio hic nulla est: nullumqꝫ hospicium nec importuna hyems sinit nos requiescere. at ille noctem habebis ait sat calidam / vna hora omnem tibi propellit frigorum timorem. quoniam moritura es: nec longius vt opinata nunc itura. Jlla in eum oculos conniciens ingenti perculsa terrore. vix aliquod potuit verbum proloqui nihilominus fortem vendicabat animum ad se rediens sic loquebatur animę mi / iocus ille malus si me amas huiusce comprimito verba / ne nostram quidem delectionem que igne est multo ardencior lederet: atqꝫ in odium converteret. Tum ille ad eam depone inquam / si me et plane quoqꝫ intelligis hec nox suprema est vite tue. obstupuit puella. fastem deposuit: et ad eum se convertit. Tuus hic sermo forte inquit ioco productus est / et an parere tuo putas / velim mandato experiri. mouit in risuꝫ labia: nepharum amplectabatur. signum amoris: et quam in eum fiduciam haberet prestitit: atqꝫ monstrauit. Jlle vero ipsam toruis intuebatur oculis. ac ea dicebat. certuꝫ est te extremum subire humane condicionis. et quecumqꝫ fauoris a me obtinendi causa pducis. frustra conaris effundere verba. hec hora finem imponet vite tue Tum illa inclinatis genibus in hunc modum precata. tu anime mi / in meliorem queso te sentenciam verte. ac cogita quam flagranti corde: vixqꝫ ardenciori complexa sum: et te: et quecqꝫ abs te mihi proposita / que omnia quasi a deo quodam consiliorum loco data obseruaui. omnibus te preferam amicis meis Te illum arbitrata sum cui me deberem et in vita committere: et in morte. quo cum beate viuerem in hoc seculo: victura quoqꝫ essem cum eodem in futuro per tempora sempiterna. parentes reliqui vtrosqꝫ / qui me acunalibus tenero studio educarunt / et ceu viridarij rosam insignem excoluerunt / que flores alios / et coloris pulcritudine: et odore supat. Te vnum ego secuta. neqꝫ iam niuem densaꝫ neqꝫ horribile gelu: nec atram noctem: nec deniqꝫ huius pertimui nemoris

Oratio puelle ad latronem, commiseracionis plena.

vastitatem. quin te vnum ego secuta. vltroqȝ essem secutura/
quoquo voluntas tua: vel rerum euentus: aut fata vocarent
Tu cor meum solamenqȝ et refugium vnicuz. tu dominus me
us viteqȝ preceptor spes sola: et gaudium oculorum meorum.
tu quoqȝ ille es quem ex mille adolescentibus elegi: et plusqȝ me
ipsum dilectione persecuta. fac igitur amator mi fortissime:
fac inquam ne manus tue hanc necent que incredibili quodaz ar=
dore ad te suspirat: teqȝ inuocat in maximo terroris metu. cō
tuere id vnuz obsecro/ quam multos/ qui me amarunt despicie
bam! tametsi rerum copia: diuicijsqȝ affluebāt. qui preclaris
parentibus orti: corporisqȝ venustate. et iuuenili etate flore=
bant. quippe grauius est et durius censeo/ te animum meum
relinquere: qȝ aut artus illos aut progenitores: aut quitquid
huius seculi esset iocunditatem allaturum. ne cor illud exting
uas oro qȝ te flagracione veluti nōnulla flamma tantopere es=
tuat quid nam id est/ quod tue erga me charitati displicz? de
formitas ne coporis: an morum indispositio? sume aliud me=
dium! quo in eius cruore/ qua nō est tui amācior manus sce=
lere omniuz flagiciosissimo polluas Neqȝ enim si ita sentis me
ducas in vxorēm tuaz. sed vt seruam laboribus applicato. ad
nihil me ordinabis vnqȝ/ qȝ mihi vel tediū sit vel molestiā adie
cturum. vereris forte quia paupercula sum. me alere nō possis
profecto non postulo. sed prospera tecum omnia rebar et ad
uersa quecunqȝ acciderēt communia. si vero apud te certuz est
vt aijs me mori oportere/ non neges vnuz id oro/ vt alius me
hac mortalium vita priuet eciamsi de tuo sit/ et contubernio
et societate. sic enim mors illa dulcis erit: atqȝ e vita discedere
iocundum. et crudele illud non sentirem/ eas mihi manūs et
hoc corpus/ a me indicenda charitate affectum/ violenciam
inferre. aut meo in cruore inquinaretur. quibus dictis ad eaz
vsqȝ corporis partem/ quam cingulus stringit/ sese detegens.
et fere nuda steterit. vt ecce inquit pectus modo nuduz est/ qđ
tibi aduersa omnia: laboresqȝ: et mesticiaz pellit! quodqȝ vnū

tu persepe quidam predicasti quod eciam nemini vnq̄m est ni
si tibi illesum. ⁊ inuiolatum: et in hāc vsq̄ȝ horam purum: mū
dumq̄ȝ conseruatum. en virginium amator eximie: te orat vir
go: et quoq̄ȝ in virginis ede / propositum hoc fedum animi
tui in melius commutes. ac membra illa dedita tue fidei non
strangules Tum prostrata in terram pedes latronis de oscula-
ta / et pedis eius: et terram lacrimis madefecit. rursusq̄ȝ sur-
gens manibus eum circundedit: atq̄ȝ aijt. siquaȝ pre te fers hu
manitatem: siquem genitricis dei honorē cuius hoc templum
est et ijmago illa quam cernimus: si deniq̄ȝ vllam sacratuȝ vir-
ginium laudem / te oro atq̄ȝ obtestor ne nunc quideȝ / hanc tu-
am deleas virginem. at illa cum nihil se obtinere senserat statu
it iam e vita decedere. permittas enim precor inquit ad parri
cidam vt in temerate semper virgini marie / quasi in agone
oraciones meas offeram: animamq̄ȝ compaginem hanc cor-
poris relinquentem saluatori meo commendem sitq̄ȝ oracio-
nis deuocio / qua maior esse nequit in vita hominis vniuer-
sa / partim in conuersionem vite: partim vero in salutem ani
me tue. et ille. festina igitur. dorsumq̄ȝ sibi vertens / lacrimas
emisit! pauxillum pietate motus! quandoquidem tantam:
tanq̄ȝ magnam constanciam vidit in puellari figura. verum-
tamen animus eius vt lapis quouis carens sensu induratus:
obstinatusq̄ȝ in omni genere malicie / nec pietati condescende
re: nec oracionibus puelle obsequi potuit. expleta oracione vt
lupus rabidus ouem / importunitate quadam in nemus tra-
xit: atq̄ȝ interfecit Ceterum illa que in sede cum alea delituit/
fastem interea maiorem imponens dorso suo se fuge commisit
sed interfecta virgine latro reuersus. adeo cursu veloci eam se-
quatur vt vix arcis potuit domini sui hostium attingere ne in
pugioneȝ istus incideret. gladio in portam impetum faciens
ac illa proclamauit. prope est vt et tu quamuis nunc euaseris
in eūdem incidas fortune casuȝ. equidem ancilla illiusmodi af
fecta angustijs viribusq̄ȝ destituta et ex nimio timore: et cursu

qm̄ uelocissimo / vt nullum potuit sepius interrogata verbuꝫ
respondere. altera vero die: iamqꝫ vigore recepto / rem illam
plurimum lamentabilem ordine quodam enarrauit. nec quis
qm̄ affuerat tocius familie qui illis auditis ipsis a lacrimis se
temperasset. deinde vero cũ ad calcem vsqꝫ ad terminuꝫqꝫ om
nia explicasset / inhibuit dominus propalari: atqꝫ vt sub silen
cio et taciturnitate penes se reduderēt / mandauit. ne forsi-
tan ad vulgus hec: atqꝫ ad eos homines peruenerint / quoruꝫ
propinqui et coniuncti necessitudine / aut pocius vel paren-
tes: vel liberi fuerant iugulati. qui ꝓfecto precipetacione qua
dam ceu torrentes: et furore commoti minus mature consul-
teqꝫ omnia aggrediuntur. que nimia celeritas maximis rebus
sepissime obstat: prestatqꝫ impedimentum / ne ad id possit de
duci negocium ipsaqꝫ causa quod eius rei comoditas poposce
rit tandem postea et cure sue: et cogitaciones in eo vigilarunt
modum vt posset: Ac iter quoddam inuenire / quo pestiferi
illi: et in capita omnium coniurati comodius arriperentur. se
cum vero opinatus / cum diu multumqꝫ cogitasset / nihil ve
hemencius conducere autumabat / quam in sua regione core-
am / iuuentuti scꝫ ludos instituere / vt militarem cursum! In
quibus vterqꝫ sexus hominum celebribus solebat diebus se ob-
lectare! precipue illi quos iuuenilis etas persepe in iocum im-
pellit. quibus institutis aiit ancille sue cui res illa consiterit
dabis operam / vt vestibus ad coream: monilibusqꝫ ornata ac
cedas. et mea sentencia / te alloquetur / aut virginum ille in-
terfector cuius seuiciam nuper: ferrumqꝫ defugisti: Aut forte
quidam alius de consorcio suo Tu vero ipsius dum vsu vene-
rit mellifluum sermonem: moresqꝫ eius et decenciam ammira-
bere. Donec quid velit plane intelligas et expleto ludo ad me
referas. equidem hec militi paruit! Coream visitauit. Ac de-
inde in coream a quodam ducta! qui in hunc statim labeba-
tur sermonem. se incensum esse incredibili quodam ipsius ve-
hementiqꝫ amore. et a puericia nullaꝫ conspicatũ esse femineā

Nimia celeritas maximis rebus sepe obstat.

personam/ ad quaz tam subito acriorez concepisset dilectionez
Cui hec vrbano quodam verbo placeret mihi amor in me tu=
us / si constans esset firmusqꝫ sed cunctorum fere adolescenciuz
huiusce est dilectio / vt instar foliorum se habet ! que decidunt
suo tempore de arboribus : ac eciam vi quadam paruula ven.
torum huc illucqꝫ motantur .neqꝫ vt verum fateor plane mihi
cognitum est quis nam : aut vnde forsitan es q̄mobrem min⁹
foret cautum me inflammari : atqꝫ incendi in te amoris igne.
sum alienigena inquit ille . nec certe preterea eo deterior . quod
si perspectū haberes qui essent et parentes : et progenitores mei
quantaqꝫ et q̄m splendida eorum familia facius putares viue
re illic in omni honore : omniqꝫ rerum copia ! que vel ad cultuz
spectant humanam : vel ad vsum vite / quam hic in labore cō
tinuo et corporis fatigacione . atqꝫ ideo cor meum : totaqꝫ vi=
te sustentacio : refugiū vnicuz animi mei / fac vt reciprocum
senciam in me amorem tuum . ducam te in arcem in eminen=
tissimo monte : exelsoqꝫ sitam . eris reuera paterne hereditatis
ad quam vnicus sum domina . te omnes subditi venerabunt̄ :
te heram spectabunt : tibiqꝫ complacere / pro vi sua quisqꝫ co=
nabuntur . et hec : atqꝫ alia in amorem pergencia vltro citroqꝫ
ab ipsis proferebant̄ . et postremo eo ventum vt post decursum
paucorum dieruz / collectis rebus preciosioribus puella ipsa /
vna cum latrone itinere se exponeret . placuit militi promissio
collegit fastes : ac pondera duo tum die statuo reuertitur latro
pondus vnū alterum puella suscepit fugamqꝫ maturant / quā
ta potuerunt pedum velocitate . montem se obicientem props
re ascendunt et ecclesiam ingressi . qui ex nimia fuerunt festina
cione adeo fatigati / vt vix spiritum attrahere iam : et mem=
bra mouere poterant . amoue inquit ille abs te fastem : et da re
quiem paulisper corpori tuo . vt expedicius illud valeas aggre
di certamē : aut certe luctandi gen⁹ ad quod mira te calliditate
adduxeram . qua sumus inquit puella ituri . obstat hyemis fri=
giditas / negatqꝫ ibi diucius quiescendi tempus . et obscura

nox: et lucis ipse proficiscendi quodāmodo facultatē. hic re=
spondit / longius non esse vt rata sit eundum. sed susceptura
dignam vlcionem ꝙ quondaꝫ fastem / dum paululum abiuis
set nequiter deportasset. habes ne inquit in memoria / quo ex
itu ipsa hec de qua loquor vitam terminauit. eundeꝫ tibi hec
prestabit hora. et q̄mq̄m varijs illa vteretur medijs et sancte in
raret nihil tamen proficiebat. verum exutis vestibus oracioni
busqꝫ oblatis dei genitrici / rapiens manū eius quasi furore in
genti concitatus aram ipsam atqꝫ ecclesiam exiuit. verum mi
les ipse studiosius animaduertens / dedita opa hostiū custodi
uit. nūc tps est inquit vt expgiscamur / ne sportas quidē vnde
vt in trito ē pu̇erbio submergerēt. mox scelestū excepit et capti
uū in arcē deduxit. coniectū in vincula seruauit. aurora quo=
qꝫ accedente torsus paululū omnia confitebatur. narrauit nu
meruꝫ suorum complicum: nominaqꝫ manifestans! et vniuer
sam vite eorum tractacioneꝫ: ac quibus in latebris occultarēt
explicauit. proinde missi sunt ad villas finitimas: opidaqꝫ ꝓ
pinqua nuncij vt quisqꝫ non soluꝫ fortissimus / accederet sed
quicunqꝫ foret cui vel senectus non obstaret vel puericia armis
aduolaret! vt pestis hec omniumqꝫ pernicies propulsaretur. af
fluxerant animosi iuuenes: viriqꝫ et in tanta multitudine / vt
omnes ferme q̄ꝫ maxima cepit ammiracio. ac ipsis demuꝫ con=
gregatis letabundi exierant. certaminis illius cupidissimi. nec
quisq̄m eorum fuerat qui magis quitq̄ꝫ pro sua expetiuit glo=
ria / q̄ꝫ primum adordiri nepharios homines! eciamsi peri=
culum deberet: atqꝫ adeo graue subire. Circundabant foueas
illas in quibus latitabant. facibusqꝫ ingressi / omnes arripie=
bant. atqꝫ vna specum spolijs plenuꝫ inuenerunt. tot eñ au=
reos tantum aurum atqꝫ argentum vidisses tantam eciaꝫ gem
marum multitudinem vt nullo posset sermonis officio expli=
cari. sed lamentabile quoddaꝫ omnibus et triste Nam specus
alterum haud ab illo remotum quasi refertuꝫ extitit hominuꝫ
cadaueribus / occisorum ab interfectoribus illis quos per tan

loñgum tempus lucus ille tulit et item immense profunditatis montifodine. exceptis igitur corporibus illis / sepulture tra- debantur / in eo templo quod tunc in nemore / et immanibus quodāmodo situm vastitatibus latrones vero qui numero ex- titerint sex et viginti ad egram / et vna cum ipsis spolia eoruȝ ducebantur. hec enim ciuitas tum principalior erat / in ea re- gione preclariorqȝ reputata. sed capti primum in vincula con- iecti deinde vt suspectis fit in maximis criminibꝰ acerrime tor- sti. sed quoniam eoruȝ facinora / omnibus nota fuerunt: atqȝ manifesta. tamen propter interfectorū multitudinem. nec nu- merus sciri nec nomina poterant. extremum erat cogitanduȝ quas penas hec daret sceleratorum turba. at eo nouissime ven- tum vt nōnulli in cubitum in conigspergk nōnulli: aliqui in falkennaw: sic et in schlackenwerd et schonpach missi sunt vt in illis locis e quibus homines strangulassent supplicijs affice- rentur. postremum vero id erat / nam vehiculo quodaȝ impo- siti ducti sunt vicatim per vniuersam vrbem. qui cum nudies- sent / tenellis quidem ignitis extracta eorum caro / oleo spar- gebantur calidissimo. his enim: ⁊ alijs durissimis afflicti cru- ciatibus deficere ceperunt: atqȝ ex hominuȝ vita migrare. mor- tui demuȝ rote applicati. ac deinde postulantibus res ipse: at- qȝ clinodia in spolijs reperta signum dicentibus restituta sunt. reliquum aūt quod superat ecclesijs: pauperibusqȝ distribu- tum Et omnis hec silua nemusqȝ nociuum eradicatum est: et in locum habitabilem versum.)